Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxxii [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulceſſcit omnis. Suauio-
rem tñ rores faciunt. Sed copioſum aquilonis flatus. Auſtro nõ na
ſcitur Ad obſonium & cibũ vtilior quiſquis maxime liqueſcit. Itẽ
humidior. minorẽ enĩ amaritudinẽ habent. Seruandis carnibus ap
tior acer & ſiccus. Pecudes armenta & iumenta maxime ſale ſol-
licitantur ad paſtũ: multum largiores lacte: multoqꝫ gratiore in ca
ſeo dote. Ergo hercule vita hũanior ſine ſale nequit degere. Adeo
qꝫ neceſſariũ elementũ eſt: vt tranſierit intellectus ad volupratem
Animi quoqꝫ ſammia ſales appellant̃ omnisqꝫ vite lepos & ſumma
hilaritas laborumqꝫ requies nõ alio magis vocabulo cõſtat. Hono
ribus militieqꝫ interponit̃ ſalariis inde dictis. Varro etiã pulmẽ-
tarii vice vſos auctor eſt. Eſitaſſe ei ſalẽ cum pane & caſeo.

Optimum quod olei quandã pinguituitudinem reddit. Eſt enĩ
in ſale pinguedo quod miremur.

Ca.ix. de medicinis ſalis.

Aiunt dentes non erodi neqꝫ putreſcere ſiquis cotidie mane ie-
iuno ſtomacho ſalẽ contineat ſub lingua: donec liqueſcat Eſtus
balnearum cõualeſcentes vr tolerari poſſint lingue ſubditus p̄ſtat.

Nernorum dolorem maxime vſurpanda obſeruatione circa hu-
meros & renes: in ſaccis aqua feruẽti crebro madefactus leuat. Po
dagras cum farina extenuat. melle & oleo tritus. Ibi maxime obſer
uanda vſurpatione qua nil eſſe vtilius ſole & ſale dicunt. Itaqꝫ cor-
nea videmus corpora piſcatorum. Sed hoc precipuum dicatur in
podagris. Tollit & clauos pedum. Item & perniones.

Liber. xxxii. continet promiſcuas ad varias paſſiones medicinas ex aquatilibus.

Ca.i. de echeneide piſce mi-
rabili & torpedine.

Ruant venti licet: ſeuiãt ꝓcelle: imperat furori. viteſqꝫ tantas cõ-
peſcit: & cogit ſtare nauigia: q̃ non vincula vlla: nõ anchore pon
dere irreuocabili facte. infrenat impetus & domat mũdi rabiẽ: nul
lo ſuo labore nõ retinendo: aut alio mõ q̃ adherẽdo Hec tãtila eſt
ſatis cõtra tot impetus vt vetet ire nauigia. Sed armate claſſes impo
nunt ſibi turrim: ꝓpugnacula: vt in mari quoqꝫ pugnet̃ velut e mu
ris. Heu vanitas humana: cũ roſtra illa ęre ferroqꝫ ad ictus armata
ſemipedalis inhibere poſſit ac tenere deuincta piſciculus. Fertur

tenuiſſe pretoriā nauim antonii: properantis circuire & exhortari
ſuos donec trāſiret in aliā ideoqꝫ ceſariana claſſis impetu maiore ꝓ
tinus venit. Tenuit & noſtra memoria Caii pricipis ab aſtura ātiū
remigantis; vt res eſt etiā auſpicalis piſciculus. Cauſa intellecta; cū
e tota claſſe remis ſola nō ꝓficeret. Exilientibus ꝓtinus qui id q̄re
rent. circa nauim inuenere adherentē gubernaculo. Oſtēderuntqꝫ
caio indignanti: hoc fuiſſe qđ ſe reuocaret: quadringētorūqꝫ remi
gū obſequio cōtra ſe intercederet Limaci magne ſimilē eſſe dicūt
Quis ab hoc tenendi nauigia exēplo de vlla potētia nature atqꝫ
effectu in remediis ſpōte naſcētiū rerū dubitare debeat? Qui & ſi
ne hoc exēplo ꝑ ſe ſatis eſſet ex eodē mari torpedo: etiā ꝓcul & e lō
ginquo vel ſi tacta virga ne attingatur: q̄uis prenalidos lacertos
torpeſcere quālibetqꝫ ad curſum veloces pedes alligari proditur.
Qꝫ ſi neceſſe habemus fateri hoc exēplo eſſe vim aliquā: q̄ odo-
re tm̄ & quadā aura ſui corpis: inficit mēbra: quid nō de remedio-
rum oīm momētis ſperandū eſt? Nō ſunt minus mira q̄ de lepore
marino tradunt. Venenū eſt in cibo aut potu datus. Siquidem gra
uide aſpexerint: ſtatim nauſea & redundatione ſtomachi vitiū fatē
tur. ac deinde abortum faciunt.

Ca. ii. alia mirabilia piſcium & vbi
coralus & eius electio.

Lupū piſcē rete circundatū arenas arare cauda: atqꝫ ita cōditū trā
ſire rete. Scit & mugil eſſe in eſta hamū: ſed cauda verberando ex
cutit cibos. xiphie gladiū roſtro mucronato eſſe. ab hoc naues p-
foſſas mergi in oceano mauritano. Hieropoli in ſirie lacu piſces
edituorum vocibus parent vocati. exornati auro veniūt adulātes;
Scalpuntur ora hiantia manibus inſerēdis p̄bent. Ad ſcopulū ſi-
cilie ac leptui affrice. euboā & dirrachiū ita ſalſos vt poſſint ſalſa-
mēta eſtimari. Quantū apud nos indicis margaritis preciū eſt: tā
tum apud indos in coralo vel choralio. Gignitur in rubro mari ſed
nigrius. Itē in pſice. Laudatiſſima in gallico ſinu circa orchadas
inſulas. Et in ſiculo circa helian & arepanū. Naſcit̄ & apud graui-
ſtas & ante neapolim: ſed mollis. Probatiſſimū q̄ maxime rubet.
nec ſcabroſum aut lapideū & rurſus inane aut cōcauuū. Auctori-
tas baccarū eius nō minus indorū viris p̄cioſa eſt: q̄ feminis nr̄is
vniones indici. Aruſpices eoꝝ vateſqꝫ imprimis religioſuꝫ id ge
ſtamē moliēdis periculis arbitrant̄. Itaqꝫ & decore & religione gau
dent. Prius q̄ hec innoteſcerēt: galli gladios ſcuta galeas ornabāt
eo. Nunc tanta penuria eſt venibili merce: vt perq̄ raro cernat̄ in
ſuo orbe. Surculi infantie adalligati tutelā habere credunt̄ Cōtra

ꝙ torminũ veſice & calculoꝝ mala in puluerẽ igne redacti: potiqꝫ cũ aqua auxiliant̃. Ignibus diu repugnãt. Sanguinẽ eicientibus medet̃. Vlcerũ caua explet. Cicatrices extenuat.

Ca.iiii. medicine ex ranis.

Ranarũ marinaꝝ vino & aceto coctarũ ſuccus cõtra venena bibitus: & cõtra rane rubete venenũ: & ſalamãdras fluuiales ſi carnes edant̃: ius ve coctaꝝ ſorbeat̃ ꝓſunt cõtra ſerpẽtes. Cõtra ſcorpiones ex vino Democritus tradit ſi quis extrahat rane viuẽti linguã nulla alia corporis pte adherẽte: ipaqꝫ dimiſſa in aqua imponat ſupra cordis palpitationẽ mulieri dormiẽti: q̃cũqꝫ interrogauerit vera reſpõſurã. Addũt alia magi. q̃ ſi vera ſint multo vtiliores ſunt vite: rane q̃ leges. Nãqꝫ arũdine trãſfixa p os ſi ſurculus in mẽſtruis defigat̃: a marito adulterorũ tedia fieri. Carnibus earũ hamo additis: p̃cipue purpuras certũ eſt allici. Sunt q̃ in vepribus tm̃ viuant. ob idqꝫ rubetaꝝ noĩe vt diximus quas greci phrinos vocãt grandiſſime cunctaꝝ: geminis veluti cornibus plene veneficioꝝ. Mira de his certatim tradũt auctores. Illatis in populũ ſilentiũ fieri. Oſſiculo quod ſit in dextro latere in aquã feruẽtẽ deiecto refrigerari vas. neqꝫ poſtea referueſcere niſi exẽpto. Extẽplo id inueniri. Nã obiecta rana formicis: carnibuſqꝫ eroſis ſingula in oleũ addi

Et aliud eſſe in ſiniſtro latere: quo deiecto feruere videat̃. Canũ impetus eo cohiberi. amorẽ cõcitari: & iurgia addito in potionem Venerẽ adalligatũ ſtimulare. Rurſus a dextro latere refrigerari feruẽtia. Hoc & quartanas ſanari alligato in pellicula anguina recenti aliaſqꝫ febres. Amorem inhiberi eo.

Cancri fluuiales triti potiqꝫ ex aqua recentes: ceu cinere aſſeruato cõtra venena oĩa ꝓſunt. Cinis eoꝝ ſeruatus ꝓdeſt pauori ꝓdeſt periclitãtibus ex canis rabidi morſibꝰ. Quidã adiciũt gentianã & dãt in vino. Nã ſi iã pauor occupauerit: paſtilos vino ſubactos deuorãdos ita p̃cipiũt. Nichil eq̃ aduerſari ſerpẽtibꝰ q̃ cãcros. Sueſqꝫ pcuſſas hoc pabulo ſibi mederi. Cũ ſol ſit in cãcro: torq̃ri ſerpentes

Murene morſus ipſarum capitis cinere ſanantur Omnium piſcium fluuialiuꝫ marinorumqꝫ adeps liquefactus oleo: mixto melle oculorum claritati plurimum confert.

Ranarum adeps inſtilatus: ſtatim aurium dolorem tollit. Cancrorum fluuialium ſuccus cum farina hordeacea: auriũ vulneribus efficaſſime prodeſt. Dentiũ dolores ſedant̃ cerebro canicule oleo decocto aſſeruatoqꝫ: ita ꝙ ex eo dẽtes ſemel anno colluant̃. Decoquuntur rane ſingule in aceti heminis: vt dentes ita colluantur cõtineaturqꝫ in ore ſuccus. Ad hoc quidam ranaruꝫ corpora binarũ preciſis pedibus in vini hemina macerãt: & ita collui dẽtes labãtes

Iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alii denas in aceti ſextariis tribus decoxere ad tertias partes: vt mobiles dentium ſtabilirent. Alii iecur rane decoctũ & tritum cum melle ĩpoſuere dentibus. Omnia ſupraſcripta ex marina rana efficatiora. Si carioſi & fetidi ſunt: centum in furno areſieri per noctem precipiũt: poſtea tantũdem ſalis addi atq; fricari.

Ca.v. Promiſcue medicine.

m Edentur & leutigini ceteriſq; vitiis ex oſſibus ſepiarũ cinis. Idem & carnes excreſcentes tollit & humida vlcera. Pſoras tollit rana decocta in heminis.v.aque marine. Excoqui debet donec ſit craſſitudo mellis. Tuſſim ſanare dicũtur: piſcium modo e iure decocto in patinis rane. Precipiũt & coclee crude carnem tritam bibere: ex aqua calida in tuſſi cruenta.

Podagris articularibuſq; morbis vtile eſt oleum in quo decocta eſt rana:& ipſarum inteſtina & rubete cinis cum adipe vetere. Et in articulis ſedant morboruʒ impetus rane ſubinde recentes impoſite: quas quidam diſſectas iubent imponi.

Ca.vi. Ad febres omnium generũ
et alias infirmitates.

Ranarum cor adalligatur frigora febrium minuit. Et oleũ quo inteſtina decocta ſint: Maxime quartanis liberant ablatis vnguibus rane & adalligate. & rubete. Cancri fluuiales triti oleo & aqua perunctis: ante acceſſiones in febribus proſunt. Aliqui& piper addunt. Alii decoctos ad quartas in vino e balneo egreſſis: bibere ſuadent in quartanis. Aliqui ſiniſtrum oculum deuorari iubent.

Quartanis proſunt fluuiales coclee in cibo recentes. Quidam ob id aſſeruant ſale vt dent in potu tritas. Hidropicis medeť adeps delphini liquatus:& cum vino potus. Cancri fluuiales ex iure ſumpti ptiſicis prodeſſe traduntur. Aduſta ſanãtur cancri marini vel fluuialis cinere. Et ea que feruenti aqua combuſta ſint Hec curatio etiam pilos reſtituit cum cancrorum fluuialiũ cinere.

Ignes ſacros reſtingunt ranarum viuentium ventres impoſiti. Pedibus poſterioribus pronas addalligari iubent: vt crebriore anhelitu proſint. Ad ſanguinem ſiſtendum. Et ranarum ilinitũ cinerem:& ſanguinem areſactum.

Hirudines(quas ſanguiſſugas vocant) multi podagris admittẽdas cenſuerunt. Decidunt ſacietate & pondere ipſo ſanguinis: detracte aut ſale aſperſe. Aliquando affixa relinquunt capita: que cauſa vulnera inſanabilia facit & multos interimit. ſicut meſſalinũ e cõſularibus cũ ad genua admiſiſſet. Maxieq; ruffe ita formidanť:

Ergo ſuggentia ora forficibus preſcindunt : ac veluti ſimphonibus defluit ſanguis paulatimqꝫ morientium capita ſe cõtrahunt nec relinquunt. Cancri ex aqua poti pro fluuia ſiſtere. Ex yſopo purgare. Et ſi partus ſtrangulet ſimiliter poti auxiliantur. Hipocrates ad purgationes mortuoſqꝫ partus vtitur illis : cum quinis lapati radicibus cum ruta & fuligine tritis : & in mulſo datis potui.

Miruꝫ de torpedine: Si capiatur cum luna in libra fuerit triduo qꝫ aſſeruetur ſub diuo : faciles partus facere. poſtea quotiẽs inferatur adiuuare Equoruꝫ ſcabiem rane decocte in aqua extenuant donec illini poſſit. Aiuntqꝫ ita curatos non repeti poſtea. Rubeta aqua cocta potu data : ſuum morbis medetur . vel cuiuſqꝫ rane cinis. Pulmone marino ſi confricetur lignum ardere videtur : adeo vt faculam ita preluceat.

Finis libri.xxxii.

Liber.xxxiii. Agit de metallis argento viuo & ceteris metallici generis.

Ex prologo: Excerpta

Imus in viſcera terre & in ſede manium opes querimus : tan q̃ parum benigna fertiliqꝫ. Ipſa ſumma ſui parte bona hominibus tribuit minime parca. facilíſqꝫ in omnibus que proſunt. Illa nos premunt. illa nos ad inferos agunt : que occultauit atqꝫ demerſit. Qꝫ innocens q̃ beata imo vero & delicata eſſet vita : ſi nichil aliud de ea niſi quod ſupra terras concupiſceret: Haberetqꝫ nõ niſi quod ſecum eſt. Parum erat nature vnam inueniſſe vite peſtem: niſi in precio etiam eſſet ſanies auri.

Capitulum primum De metallis. auro & auulis & cetera.

v Tinam poſſet e vita in totum abdicari : auri ſacra fames vt celeberrimi dãt auctores. Quantũ feliciore euo cum res ipſe permutabãtur inter ſe ſicut & troianis temporibus factitatum homero credi cõuenit. Ita enim vt opinor commertia victus gratia iuuenta : alios coriis boum : alios ferro captiuiſqꝫ rebus emptitaſſe tradit. Qꝫ q̃ & ipſe miratus aurum : eſtimationes rerum ita fecit : vt centum bobus arma aurea permutaſſe. Peſſimũ vite ſcelus fecit : qui auulum primus induit digitis. De prometheo